

9352 centenarium<sup>1</sup> Tibubuci<sup>2</sup> | quod Valerius Vibianus | v. p. initiari<sup>3</sup> | Aurelius Quintianus v. p. | praeses provinciae Tri|politanae<sup>4</sup> perfici curavit.

*Ksar Tarcin, in regni Tunetani parte extrema (VIII S. 22763 vidi egyptum). — 1) Cf. supra N. 6886 not. 3; adde C. I. Gr. 8664. — 2) Nomen loci praeterea ignotum. — 3) Intellege: iusserat (fortasse spatium ei vocabulo destinatum vacuum relictum). — 4) Fortasse, ut monuit Gauckler, idem Aurelius Quintianus qui a. 303 provinciam Numidiam regebat (supra N. 644).*

9353 hortaris in vitam | miscens adversa secu[n]|dis.  
Clodius Hermogena<sup>1</sup> | proconsulatu salu|bri, |  
Theodoti cura lega|ti<sup>2</sup>, dedicat arcem. |  
Hos ego Ianuarius | versus formare cu|ravi.

*Thibursici Numidarum (Khamissa) in foro rep. a. 1901 (Cagnat bull. des antiquaires de France 1901 p. 209; vidit Gsell). — 1) Hermogena = Ἑρμογένης. Vere dicebatur Hermogenianus, cf. infra N. 9357. — 2) Idem infra N. 9357.*

9354 Gabinius Vettius | Probianus v. c. | praef. urb.<sup>1</sup> | statuum fatali | necessitate con|labsam celeberr|mo urbis loco adhi|bita diligentia reparavit.

*Romae in foro rep. ante aedem Antonini et Faustinae, basis (VI 31883 vidit Henzen). Una reperta est basis cum inscriptione gemella (VI 31884). — 1) Eiusdem praefecti aliam inscriptionem pertinentem ad basilicam Iuliam dedimus supra N. 5537. Ceterum Probianum hunc non esse eum qui fuit praefectus urbi a. 377, sed eum qui illo munere functus est a. 416 (cod. Theod. 14, 10, 4) statuit Huelsen Beitr. z. alten Gesch. II 1902 p. 268.*

9355 Ragonius Vincentius | Celsus<sup>1</sup> v. c., praefectus | annonae urbis Romae<sup>2</sup>, | urbi eidem<sup>3</sup> propria | pecunia<sup>4</sup> civitatis | Ostiensium collocavit.

*Ostiae rep. a. 1910 (Vaglieri Notizie degli scavi 1910 p. 104). In alia parte lapidis titulus antiquior, Aufidii Fortis alicuius duoviri Ostiensis (ib. p. 103). — 1) Idem supra N. 1272 (cum not. 2). — 2) Aetate labente Ostia (cum Portu) sedes fuit praefecti annonae urbis Romae; cf. supra N. 805. 5694. C. I. L. XIV p. 7. — 3) Basis sustinuisse putanda est statuum urbis Romae. — 4) In alia inscriptione ab eodem Ragonio Celso Ostiae sine dubio posita (C. XIV 139) est: et civitas memorata fecit de proprio.*

9356 Virius Audentius | Aemilianus v. c., | proconsule p. A., v. s. i.<sup>1</sup>, | redintegrationem | theatralibus | signis adhibuit.

*Carthagine in theatro a. 1905 rep., basis (VIII 24588 vidi imaginem photographica, cf. Gauckler nouv. archiv. miss. scientif. 15, 1907 p. 457 cum imagine; ex basi gemella fragmentum tantum superest VIII 24589). — 1) Vir clarissimus, proconsule provinciae Africae, vice sacra iudicans. Africam rexit inter annos 379 et 383, cf. C. VIII 1296. 14728. Idem homo supra N. 5478.*

9357 pro baecatudin[e] | temporum sign|um Traiani de ru|inis ablatum pro|consulatu Clodi | Hermogeniani<sup>1</sup> | amplissimi et c. v., |